condicione desponsaui ꝙ quocunq̃ tē
pore ipsa in societate mea moriat̄: ego
vitam meā amittam ⁊ iam ad mortem
infirmat̄. Et hec est causa doloris mei.
Ait senex. Fac consilium meum ⁊ post
factū non penitebis. Uxor tua est de sā
guine regum. Cum rex minutus fuerit
vxor tua pectus ⁊ vbera liniat de sāgui-
ne patris sui. deinde in ista foresta tres
herbas inuenies. de vna ei potionē faci
es. de alijs duabꝫ vnū emplastr̄ põas
vbi dolorem sentit. ⁊ si istam doctrinaȝ
impleueris sanitatem ꝑfectam inueni-
et. Socrates õnia impleuit ⁊ vxor ab
omni infirmitate conualuit. Rex vero
cum audisset ꝙ socrates tā sollicite ꝓ ī
firmitate filie sue laborabat eū ad mag-
nas diuicias ⁊ honores ꝓmouit

¶ Moralizatio presentis historie.

¶ Carissimi.

Iste rex ē Jhesus
christus dominus noster. Filia taȝ pul
cra anima ad dei similitudinem creata.
Istā puellam nō diuiti sed pauperi so
crati. i. homini dedit. ꝙ sit pauper ecce
Job ix. Nudus egressus sum de vtero
matris mee ⁊c̄. sed kmi scire debetis ꝙ
sub tali condicione dedit dominꝰ noster
ihesus xp̄s homini animam vt in eiꝰ so-
cietate moreretur ꝑ peccatum mortale
vitam tuam scȝ eternam amittes. Si
ergo anima tua in infirmitatem per pec
catum cecidit: fac sicut fecit socrates in
tra forestam. i. sanctam ecc̄iam in qua ī
uenies senem. i. discretum confessoreȝ
de cuius ꝯsilio saluari poteris. ¶ Alex
ander qui venatus est ē homo munda-
nus qui potius regulatur voluntate q̃ȝ
racione: sed per sacram doctrinam emē
datur. Si per peccatuȝ infectus es pri
mo linias pectus tuum cuȝ sanguine. i.
recentem memoriam de christi passio-
ne habeas in corde: deinde collige tres
herbas. s. confessionem contricionem
⁊ satisfactionem. de prima facias potio
nem. s. de peccatis semper dolere. de ali
is emplastrum. i. penitenciam: ⁊ sic per
consequens ad diuitias vite eterne ꝓ-
moueri possis. Ad quam nos perducat
ihesus xp̄s qui viuit ⁊ regnat cum deo
patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto. ⁊c̄.

¶ De pulcritudine fidelis anime.

¶ Capitulum. lxij.

Gallus regna
uit prudēs valde. in cuius
regno mulier quedam erat
noīe florētina miro modo pulcra ⁊ gra
ciosa. Unde tanta pulcritudo erat in ea
ꝙ tres reges eā obsidebant ⁊ a quolibȝ
rege violata. Post hec inter reges ꝓp
ter nimiū amorē cõmissū est bellū: ⁊ q̃
si infiniti homines ex omni parte occu
buerunt. ¶ Satrape imperij hec audi-
entes omnes ad regem venerunt dicē
tes. Domine: illa florentina in regno
tuo est tam pulcra ꝙ quasi infiniti quo
tidie pro eius amore occidunt̄. Et nisi
citius remedium apponatur: quotquot
sunt in regno peribūt. Audiens hec rex
litteras scribi fecerat anulo suo signa-
tas ꝙ sine vlteriori dilatione illa ad eū
veniret. Preco cum litteris ad eam ꝑ
rexit. ⁊ anteq̃ȝ ad eam peruenit defunc
ta est. Redijt preco: de morte florenti-
ne regi nunciauit. Rex contristatus est
valde ꝙ eam videre non poterat in sua
pulcritudine. Omnes pictores regni
ad eum conuocari fecit. Cum auteȝ ve
nissent: ait rex. ¶ Carissimi hec est cau
sa quare pro vobis misi. Erat quedam
mulier nomine florentina. in tanta pul
chritudine: ꝙ quasi infiniti occubuerūt
pro eius amore. Defuncta est ⁊ eam
non vidi. Ite ergo ⁊ cum omni indu-
stria vestra imaginem eius depingite
cum sua pulcritudine: per quaȝ potero



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-91/0067
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG